Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift

audiuimus. Quid enim uides festucam in oculo fris tui.
& trabem in oculo tuo non uides. Vidisti hominē irasci
noli continuo iudicare si: expecta paululū. forsitan
quam uelocitē irascitur: tam celerius mitigatur: Quid
tamen festuca quid trabes significet uideamus. Subita
nea iracundia festuca ē. ira uero quę in longum tempꝰ
perdurat. dum p odium falsis suspitionib; nutritur: trabes
efficitur: Cito ergo irasci & cito placare festuca ē. iracun
dia diu in corde seruata trabes ē. Ergo iracundia inue
terata conuertit in trabem. Et qua fronte ille qui odium
seruat in corde illum iudicare psumit in cuius oculo
non trabem si festucam cē cognoscit. Nam cordis oculū
festuca turbat. trabes excecat. Quod dixi fris km scriptu
rarum testimoniis debeo appbare. Quom ira cordis ocu
lum turbat audi psalmistam dicentem. Turbatus ē in
quit pira oculus ms. Quom aut odium oculū cordis
excecat. iohs euangelista testatur: Qui inquit odit frem
suum in tenebris ē. & in tenebris ambulat. & nescit quo
uadat. quo tenebrę obcecauerunt oculos eius. Secdm
hoc ergo p subitanea iracundia cordis oculus turbatur:
p odium lumen caritatis extinguitur: Hęc enim fris km
si diligenter sicut credimus considerare & cum grandi
sollicitudine do donante obseruare uolumus. non de
paruo peccato cum di adiutorio liberamur: Maxima
enim pars generis humani in discreto iudicio ad rep
hendendū prompta & parata cē pbatur: cum tamen n
ita se uelit a aliis iudicari. quomodo uult alios iudi
care. Ppt hoc scriptura diuina ammonet dicens. Prius
quam interrogis. ne uituperes quemquā. & cum inter-